

S. METHODIUS BOHEMORVM APOSTOLVS.



SMethodius ab ineunte ætate sacris literis cū fratre Cyrillo operam dedit, atque magnam eruditionis & sanctitatis opinionem adeptus est. Itaque ad idolorum cultores cum fratre profectus, in Morauia Christum prædicauit. In eo loco cum Ecclesiam cōstituisset, Morauorum Episcopus electus est. Postea quoq; in Bohemiam profectus, Christianam religionē proposuit, atq; Arnolpho Cæsare existēte Borsiuoium ducem cum Ludmil la uxore baptizauit, anno Christi 895. Cum aut̄ po stea in Morauiam redijsset, atq; Suatocopio mortuo filius successisset, contentio quædam inter regem & Episcopum exorta est. Rex uenatū disces furus Methodio imparat, nē ante suum redditum rem sacram perageret.